



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra

Hevenesi, Gábor

Coloniæ, 1715

VD18 10988289

10. Junii. Iisdem contra dæmonem utendum est armis ad salutem, quibus
ile abutitur ad nostram perniciem. S. Ignat. in His. Soc. I. 3. v. 48.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

voluntas. Capite mali sublato, reliqua facilius vincuntur.

Mortificationes, quæ plus habent strepitus, minus ponderis, speciem habent æstimationis, sed sub iis intacta manent vitia, gaudētque se præteritis in leviora conatus absumi. Radix malorum est castiganda.

Quæ præter ordinem assumuntur, suspecta sunt; maximè si leviori manu peragantur, quæ communia debent esse singulis; tum enim certum habe, sub extraordinariorum pallio vel hypocrisis, vel vitium aliud latitare.

Nulla tutior ad virtutem via, quàm ordinaria. Hanc trivèrè tot Antecessores, monstrat Regula, dictavit Spiritus sanctus; ab hac, qui recedit, accedit ad errores.

10. Junii.

Hisdem contra demonem utendum est armis ad salutem, quibus ille abutitur ad nostram perniciem. S. Ignat. in Hist. Soc. l. 3. n. 48.

T Alio reddendus est orco, ut confusum redire pudeat ad certamen; dolos, quos in nostri ruinam fabricat, ipse sentiat. Si arrogantiam tentet, submissione occurrendum. Si

Si mille illi sint nocendi artes, totidem nobis resistendi nova sunt præsidia, nihil est, quod metuamus, iis ipsis, quæ contra nos acuit, telis vinci potest, modò iis sciamus.

Inclinationes nostras habet ille in se confilia, & nostra damna fœderatas, hæc agit adjutricibus, quidquid in nos proficit. Si verò eas nos sub jugum rationis mille virtuti servire cogamus, heu! quantum ingemit dæmon, & exarmatur.

Adeò nempe imbellis est dæmon, nisi nos arma illi ministremus, nihil adversum nos moliri possit. Vitia nostra venient nobis ad triumphos, si ea victoria nostræ materiam statuamus.

II. Junii.

Quos natura bonitas ad amplam fortunam in saeculo erat provectura, hi quoque in Deo gloria strenuè proferenda successus habuerunt uberiores. S. Ignat. apud Bart. l. I. c. I.

Detestanda parentum avaritia, qui filios Religioni, divinòque cultui destituant, quos vel deformes, vel stupidos filios natura donis destituit. Hoc nempe est cum Caino deteriora Deo offerre in holocaustum.